te et pacifice utifruetur. Post mortem vero praedictae consortis suae extunc
bona qualiter omnia suprascripta, morte praedicti mariti sui derelicta,
ad successores eiusdem mariti sui sine quavis contraditione successorum
praedictae consortis suae devolvi debebunt et tenebuntur. Similiter etiam
saepius nominatam Generosam Annam Celinska consortem suam quam
prius marito de hac luce decedere contigerit, extunc idem maritus bona
suprascripta qualiter omnia morte eiusdem consortis derelicta cum omni
praemissorum bonorum iure et proprietate omnibusque et singulis ipsorum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis,
nullis exceptis, tenebit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice
ad extrema vitae suae duntaxat tempora potietur. Post mortem vero
et de hac luce decessum praedicti mariti sui, bona sua suprascripta generaliter omnia morte ipsius derelicta ad successores eiusdem consortis suae sine
quavis contraditione successorum praedicti mariti ipsius devolventur, et
revertentur praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Paszkowska Grochowskiego Quietat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Anna primarum olim Nobilis Gregorij Paszkowski ad praesens vero secundarum nuptiarum Nobilis Francisci
Szczawinski in castris degentis neque ad infrascripta recognoscenda sibi assistentiam
maritalem praebere valentis consors legitima, sana mente et corpore existens, a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis
quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero castrensi capitaneali Praemisliensi iurisdictioni quoad actum praesentem
modernum attinet, secum successoribus ac bonis suis qualiter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipsa Generosum Stanislaum a Grochowice Grochowski
Castellanidem Leopoliensem eiusque posteros de summa sexcentorum
florenorum polonicalium sibi recogniti per eundem Generosum Grochowski
scripto cereo seu membrana manuali inscripta et super bonis
suis haereditarijs videlicet certa sorte Gruszecka dicta in bonis villae

Plesznie

1114

Pleszowice et Byłow Terrae Dnti Praemisliensis consistens, ad soluendum quouis Juris titulo assecurata, tum de eadem ipsa Membrana seu Scripto Manuali sibi Recognoscens super Summam Suprascriptam Sexcentorum florenorum polonicorum Seruiente quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Scriptum horum Manuale seu Membranam cum omnibus suis illius Conditionibus et Ligamentis Cassat, mortificat, et annihilat, ac de bonis suprascriptis Summa Suprascripta onerans condescendit, Recognoscens sibi Summam eiusdem Sexcentorum florenorum Polonicalium ab eodem Gnoso Grochowski Praestitam esse persolutionem.

G. Nowosielecka Pluta Viazdowskiego Quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneis Praemisliensibus Gnosus Alexander Nowosielecki Pluta Sanus mente et Corpore existens a Terris et districtibus Juribus Jurisdictionibusque Suis, quibusuis Forijs et Competentibus recedendo, Praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quoad actum modernum attinet cum Successoribus, ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie in forprarando atque Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit, Quia ipse Gnosum Joannem Stanislaum Viazdowski Rothmagistrum Sacrae Regiae Maiestatis eiusque posteros de Scripto Certo manuali sibi Recogniti per eundem Gnosum Viazdowski super Summam Septingentorum florenorum polonicorum cum Subscriptione manus Suae propriae dato, Actisque Castrensibus Praemisliensibus roborato, Tum de eadem ipsa Summa Septingentorum florenorum polonicorum in eodem Scripto manuali contenta, eiusdem Scripti Roboratoria Inscriptione Castrensi Praemisliensi ob praestitam sibi in praemissis plenariam et sufficientem Satisfactionem Quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, Scriptum praefatum Manuale cum omnibus illius ligamentis et Conditionibus eiusque Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia Cassat, mortificat et annihilat Recognoscens sibi in praemissis plenarie satisfactum esse.

G. Alexk...